Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



nos domine laetitiae donos et spiritibus attolle pre-
sidiis et munera semper nos. Qui cum patre. Oratio super populum. Oratio a cunctis
populis expiata id est que poenitentiam agunt laetere et relaxe omni-
nus diligere quod frequentant. Oratio ad vespertinum.
Oratio in necessitatibus meis expe me domine in hac tua et labo-
rem meum et diminue omnia peccata mea. Ps. Ad te domine leva-
vi animam meam deus meus in te confido non erubescam. Oratio
Esto domine propitius familiae tuae. Oratio
ut populus tuus et quam tibi facis esse devotam
benigno refove miseratus auxilio. Lectio epistole. 18.
Haec dicit dominus. Anima quae peccaverit ipsa morietur
filius non portabit iniquitatem patris et pater non
portabit iniquitatem filii. Justitia justi super eum erit
et impietas impii erit super eum. Si autem impius egerit se ab omni-
bus peccatis suis quae operatus est et
custodierit universa praecepta mea et fecerit iudicium
et iustitiam vita vivet et non morietur. Omnium
iniquitatum eius quas operatus est non recordabor.
In iustitia sua quam operatus est vivet. Numquid
voluntatis mihi est mors impii dicit dominus deus et
non ut convertatur a viis suis et vivat? Si autem se
iustus a iustitia sua et fecerit iniquitatem secundum omnes
abominationes quas operari solet impius: numquid
vivet? Omnes iustitiae quas fecerat non recor-
dabuntur in praevaricatione qua praevaricatus est et
in peccato suo quod peccavit in ipsis morietur. Et dixi-
stis non est aequa via domini. Audite domus israel. Num-
quid via mea non est aequa et non magis viae vestae pra-
vae sunt? Cum autem averterit se iustus a iustitia sua
et fecerit iniquitatem: morietur in eis. In iustitia sua
qua operatus est morietur. Et cum averterit se impius